

ut sicut serui dominis obedire iubentur et uxores uiris et domino ecclesia et discipuli magistris et pastoribus, ita quoque
 5 sublimioribus potestatibus cuncta subdi debere; et ideo Christo conregnas immo in Christi regno, que sunt humana, dispensas. Ab illo tibi in uita hominis uenia et potestas¹⁾ mortis indulta est et gladius tibi datus est non tantum ut opereris quantum
 10 reddas commendanti tibi²⁾. †³⁾ Hinc⁴⁾ psalmista reges admonet⁵⁾ dicens: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite domino in timore⁶⁾. Quomodo ergo reges domino seruiunt in timore, nisi cum ea proibent⁷⁾ religiosa seueritate, que contra precepta domini fiunt? Dupliciter enim deo seruire
 15 regi⁸⁾ iubetur, fidel(iter serue)ndo, quia homo est, et leges iuxta precipientes et contraria proibentes conuenienti uigore⁹⁾ seruando, quia rex est. Hec cum ita sint, regula quedam fabrilis est, potestas ista terrena, que uite hominum adposita), quod rectum est, contingere non debet; quod autem curuum est et
 20 superfluum, recidere et resecare debet. Sol quidem unus est, sed sanos oculos inluminat, infirmos autem magis obcecat. Christus uero dominus et deus noster aliis in ruinam, aliis positus est in resurrectionem. Audistis potestatem uestram, accipite libenter¹⁰⁾ libertatem nostram. Lex enim Christi sacer-
 25 dotali uos subicit potestati: dedit quidem pastoribus potestatem, dedit ecclesiae principatum multo perfectiorem principatibus uestris. Num¹¹⁾ iustum uobis uidetur, si cedat spiritus carni, si a terrenis celestia superentur, si diuinis preferantur humana? Item queso, pacienter accipe libertatem nostram. Scio te esse
 30 ouem dominici gregis ac Christo summo pastori adnumeratam et a sancto spiritu consignatam. Scio te inter sacra altaria cum ueneratione subici manibus sacerdotis. Scio te sancte trinitatis fidem uera deuotione, sed sacerdotali predicatione seruare¹²⁾. Memento semper, quod una tibi natura et eadem

1) 'potesta' Hds. 2) 'tibi' ist über der Linie hinzugefügt von einer gleichzeitigen, aber wie es scheint fremden Hand. 3) Das Kreuz in der Hds. bezieht sich auf ein Supplement, welches Porro in dem Abdruck am Schlusse angefügt hat, in der Hds. steht es über dem Briefe. Wir haben es an die Stelle gesetzt, wo der Schreiber es ausgelassen hat. L. 4) Ueber ein von der ersten Hand getilgtes 'Denique' geschrieben. 5) Aus 'admonetis' von der ersten Hand corrigiert. 6) Psalm. 2, 10. 11. 7) 'proibet' Hds. 8) So ist offenbar statt 'deo' in Porros Abdruck zu lesen. L. 9) So ursprünglich. Die erste oder wenigstens eine gleichzeitige Hand mit wenig veränderter Tinte und Schrift tilgte durch einen Strich die Worte 'uenienti vigore' und schrieb dafür: '(con)grua potestate'. 10) Vor 'libenter' wurden vom Schreiber selbst die Worte 'et libertatem n' durch einen Strich getilgt. 11) Corrigiert in 'Nunc' von einer nicht bestimmbar Hand. 12) Ueber der Linie von gleichzeitiger Hand hinzugefügt.